RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias, Quae Viro ... Dn. Henrico Langen/ Civi huius urbis primario Marito suo desideratißimo a Vidua moestißima parantur, Cives ... vocat

Rostochi[i]: Kilius, 1638

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013407

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Rhane, H.

in

H. Lange.

Rostock, 1638.

35.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013407/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773013407/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773013407/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773013407/phys_0004
DFG

89

RECTOR
Univerſitatis Roſtochienſis,
HENRICUS RHANE,
J. U. D. & Profeſs. P.

AD EXEQUIAS,

Quæ

Viro Doctiſsimo, honeſtiſsimoq;

DN. HENRICO LANGEN/

Civì hujus urbis primario,

Marito ſuo deſideratiſsimo à Vidua mæſtiſsima parantur,

Cives quoq; ſuos in ædem Nicolaitanam ad horam primam ſeriò vocat.

BIBLIOTHEK D. MECKLENB. RITTER U. LANDSCHAFT

ROSTOCHI,
Typis NICLAI KILII, Academ. Typogr.
Anno M DC XXXIIX.

35. 87.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013407/phys_0005
DFG

RECTOR Universitatis Rostochiensis, HENRICUS RHANE, J. U. D. & Profess. P.

AD EXEQUIAS,

Quas

Viro Doctiſſimo, honeſtiſſimoq;

DN. HENRICO [illegible]/

Civi hujus urbis primario

Marito ſuo deſideratiſſimo à Vidua mœſtiſſima parantur,

Cives quoq; ſuos in ædem Nicolaitanam ad horam primam ſerio vocat.

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIII.

QVi tam anxii in meliora tempora, pacem quotidie poſcere & deprecari hæc bella, publicamq; iſtam miſeriam volunt; eorum non videntur alia impoſterum vota eſſe debere, quam ut juxta naturæ legem tributum officiumq; mortalitatis perſolvant. Eſt enim, quod usq; adeo horremus, non novum aliquod ac recens malum, ſed malorum omnium, omnium dolorum remedium finis ac tranſitus. Neq; tunc metuendum amplius eſt, quod in media pace nonnunquam & præter opinionem accidit, ex qua ipſa in bellum conſurgitur, nihilq; exſpectari magis debet præter jacturam illius atq; cladem. Cum felices eo usq; nulli ſint anni, quibus non admiſtum quicquam ſit, quod publicæ pacis tranquillitatem privatis doloribus obſcuret. Et quia pax alia melior non ſit, quam animorum, nemo rectius voti ſui compos futurus eſt, quam qui ad requiem, ad ſecuritatem, ad aurea illa, utraq; fidem beata tempora acceſſerit. Id quod Eruditiſſimo Præſtantiſſimo Dn. HENRICO Langen vigeſimo ſeptimo hujus menſis die intra ſeptimam

 & octa-

& octavam veſpertinam contigit. Qui cum tot millibus bonorum ad exemplum totius ferme orbis terrarum anhelare priorem fortunam, & ſuſpirare quotidie pro reddenda pace ſolitus, eo tempore demum cognovit, quænam vera tranquillitas & pax eſſet. Dum mundo huic ereptus quod ipſum nomen non niſi turbarum amplius ac tumultuum eſt, atq; ad cœlos translatus, ubi proprium æternumq; nobis πολίτευμα eſt, affligi per vitæ tempeſtatem amplius & corrumpi ex malis publicis nor poteſt. Natus autem erat apud nos anno Salvatoris milleſimo, ſexcenteſimo & decimo, Febrnarii menſis ſeptimo die. Pater ipſi MARTINVS extitit ex civibus primariis, quique cereviſiæ mercimonium faciunt, Mater vero MARGARETA erat, ex ejusdem ordinis, cive HENRICO Hintzen progenita. Iſti parentes ex tribus liberis ultimo ſuperſtitem defunctum habuere. MARTINVS enim frater, quindecim annorum adoleſcens in itinere ad Norwegos Anſchlovii deceſſit ex vita. ELISABETH vero pudiciſſima lectiſſimaq; virgo quã primum conjugium iniit intra ſeptimanas triginta fratri ſucceſſit, mœſtiſſimum tum reddens Reverendum admodum & Cl. Virum Dn. VALENTINVM LEGDEVM SS. Theol Doctorem

ctorem & Profeſſorem, quem obitu ſuo viduum effecerat. Contigit autem parenti ſuo, quod nunc ſibi, qui & ipſe mortalitatis legem ſecutus, cum vacuam & inanem in thoro ſedem locumq; reddiderat, ſucceſſorem Conjugii ſui JOHANNEM Netelenblat / fratremq; Virum Reverendum & Doctiſſimum M. MICHAELEM Langen ad D. Petri Paſtorem ut & JOACHIMUM LUSSOVIUM ἀντιπάτερος filii ſui conſecutus eſt. Quorum hortatu & conſilio Luneburgum noſter ſeceſſit, fundamenta jacturus literarum, quibus eruditis deinceps inniti recte atq; ſtabiliri poſſet. Debuitq; progreſſus ſuos quamplurimum Reverendo Doctiſſimoq; Viro Dn. M. JOHANNI Stolterfoed Paſtori itidem vigilantiſſimo, cujus diſciplinæ per quadriennium ſic aſſuevit, ut non male adduci altioribus ſtudiis atq; ad Academias tranſire potuerit. Recta ergo Lugdunum Batavorum ad celeberrimam totius Europæ florentiſſimamq; Univerſitatem contendit, ſubſtititq; ibidem per duos ferme annos, proxime Britanniam, Lugdunumque illius regni, aliasq; Germaniæ etiam Academias frequentavit. Factum eſt autem, ut domum revocatus pareret conſilio matris ac vitrici, poſthabitaque cœlibe vita ad matrimonium applicaret mentem,

 exam-

exambiretq́ caſtiſsimam, ſpecioſamq́ virginem MARGARETHAM Kneſebecken, *HENRICI, civis non infimo apud nos loco, cereviſiarij ſimul & negotiatoris filiam, qua cum connubio junctus ſuperiore trigeſimo ſecundo anno, quatuor progenuit liberos, MARGARETHAM, quæ infans rediit eò unde data erat, MARGARETHAM ELISABETHAM, MARTINUM & ANNAM ſuperſtites. Vitæ rationem iſtam tenuit, quam à literis earumq́ Studioſis & requirere & conſequi fas eſt. Morum enim facilitate comitateq́ præditus optimi civis officium hactenus præſtitit: ſive ipſi cum Magiſtratu agendum eſſet, ſive cum civibus. Morigerum enim atq́ obſervantem ſeſe erga ſuperiores æqualibus præbendo non moroſum aut moleſtum, benevolentiam amoremq́ omnium facilè impetravit. Conjugem arctiſsime complexus ſemper eſt, liberis cum ea & rei familiari honeſtisq́ negotiis deditus, itaq́ ſe domi gerens, ut maximo cum dolore amiſſus, & nunc efferendus ſit. Siquidem in ipſo recenti ætatis vigore & conjugio, eodem tempore, quo decumbere, mori ſimul, quod exitus intra decendium docuit, incepit. Senecæ illius per hanc graſſantem luem, & quâ homines, antequam ſentiant, moriuntur, in hoc obitu meminiſſe non alienum ſit, dum ſuper morte alicubi hunc in modum philoſophatur:*

Non repente in mortem incidimus, ſed minutatim procedimus; quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cum creſcimus, vita decreſcit,

infan-

infantiam amiſimus, deinde pueritiam, deinde adoleſcentiā. Hunc ipſum, quem agimus, diem cum morte dividimus: ultima hora, qua eſſe deſinimus, non ſola mortem facit, ſed ſola conſummat.

Quibus quidem ad morborum naturam applicatis, hac tempeſtate nihil verius eſt. Leves enim prima ſpecie ita ingerunt venenum pectori, ut medicorum conſulta factaq; omnia eludantur, & idem dies, quo vapide ſe habent homines, mortales ſtatim efficiat. Vos, Academiæ cives, comitamini fidiſſimum hunc Muſarum, orbis urbisq; hujus & cœlis jam adſcriptum civem, cui dormitorium in æde Petrina ſelectum vivo ac valenti erat. Eò mecum frequentes itoſe; tanto rectius, quia noſter civis non deſinat, qui alienæ quoq; Reipublicæ extiterit. Literarum ſicut æterna ſunt privilegia, ita amor quoq; veſter minui & commutari non debet. P. P. die 30. Junij 1638.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013407/phys_0012
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773013407/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773013407/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn773013407/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773013407/phys_0016
DFG

ctorem & Profeſſorem, quem obi[illegible]um
effecerat. Contigit autem parenti ſu[illegible]nc
ſibi, qui & ipſe mortalitatis legem [illegible]um
vacuam & inanem in thoro ſede[illegible]ed-
diderat, ſucceſſorem Conjugii ſ[illegible]N-
NEM Netelenblat / fratremq; [illegible]ve-
rendum & Doctiſſimum M. MICH[illegible]gen
ad D. Petri Paſtorem ut & JO[illegible]M
LVSSOVIVM ἀντιπάτερος fil[illegible]tus
eſt. Quorum hortatu & conſili[illegible]gum
noſter ſeceſſit, fundamenta jactn[illegible]um,
quibus eruditis deinceps inniti re[illegible]biliri
poſſet. Debuitq; progreſſus ſuos [illegible]num
Reverendo Doctiſſimoq; Viro [illegible]JO-
HANNI Stolterfoed Paſtor[illegible]ilan-
tiſſimo, cujus diſciplinæ per quad[illegible]ic aſ-
ſuevit, ut non male adduci altio[illegible] atq;
ad Academias tranſire potuerit[illegible] ergo
Lugdunum Batavorum ad cele[illegible]otius
Europæ florentiſſimamq; Unive[illegible]nten-
dit, ſubſtititq; ibidem per duos fe[illegible], pro-
xime Britanniam, Lugdunun[illegible]regni,
aliasq; Germaniæ etiam Acad[illegible]uenta-
vit. Factum eſt autem, ut d[illegible]ocatus
pareret conſilio matris ac vitric[illegible]taque
cœlibe vita ad matrimonium a[illegible]ntem,

 exam-